



Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

V. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](#)

recipio **S**aint Vincentius à Ferraria Mariæ amore velut
em af scuto contra carnem , & visibiles etiam
jusane Dæmones utebatur. Juvenis quotidie Virginis
ductum officium dicere in mores duxit , Conciona-
onclavator omnibus dictionibus Deiparæ salutatio-
nem præmisit ; rudibus & pueris doctrinam
tia. Christianam proponens , ut sæpius per diem
Ave Maria dicerent , persuasit. *Ex. vita. O si*
nos om plures sint Mariæ Apostoli..

Saint Vincenti tu scis, quomodo infernus hostis
animæ meæ insidias tendat , tuis pro me apud
communem mihi , tibique Matrem precibus
age, ut hâc Magistrâ omnes Erebi conatus elu-
dam, accensis ejus amoris ignibus, ignes & ar-
dores concupiscentiæ compescam. **O** Sanctissi-
ma Dæs , & mea Mater pretiosissima ! ego N.
indignissimus filius tuus ex toto corde , omni-
bfsque tam corporis, quam animæ &c. f. 2.

Ad quod impetrandum : si occasio desit, ut
dictioni hodie cum Vincentio A. M. præmit-
tam, illud statuam, quod ubi alios publicè aut
privatim alloquendi occasio fuerit , Mariæ
salutationem præmittam.

Nullus est ita alienatus à Deo , nisi omnino
fuerit maledictus, qui , si me invocaverit, non
revertatur ad Dæum , & habeat misericor-
diam. *S. Brig. l.6. revel. c.10.*

Quæstio: Utrum B. V. cultui & obsequiis de-
votus damari possit? *v. Barr. an. Mar. p.3. c.59.*